

suos equos, nec eos cambire cum aliquo sub debito sacramenti. Uerum licitum sit ei per unum mensem ante exitum sui regiminis ipsos equos posse uendere omnibus personis, quibus melius poterit exceptis soldatis quibus nullo modo possit uendere. Non sinceri 5—de non 14—alij de parte.

- 45 **10.** Capta. Item quod sit ei expresse prohibitum, quod aliquis de eius familia non possit habere soldum aliquod a communi ullo modo per totum tempus sui regiminis nec per unum annum post sub penis solitis, uidelicet perdendi pro quolibet ducato quem habuisset decem sicut in alijs commissionibus continetur.
- 49 Non sinceri 5—de non 8—alij de parte.

41

Διορίζεται κοντόσταυλος ενός λόχου πεζῶν ὁ Παῦλος Φραδέλλος, διότι παρέμεινε πιστὸς κατὰ τὴν ἐπανάστασιν καὶ ἐπέδειξε καλὴν διαγωγήν. 1371, Ἀπριλίου 14.

F^o 101^{to} Millesimo trecentesimo LXXI, die XIII Aprilis.

- Capta. Quod considerato bono portamento Pauli Fradello fidelis nostri, qui tempore rebellionis Crete in partibus illis et alibi etiam in honorem et statum nostrum bene se gessit, confirmetur in comestabilem unius banderie pedestris sibi
- 5 concesse per potestatem nostrum Ualis Maremi in dicto castro, faciendo ipso bonum portamentum.

42

Διετάχθη μετασκευὴ τοῦ λιμένος Χάνδακος, ἐπειδὴ δὲ ἀπεφασίσθη ἡ δαπάνη νὰ μὴ καταβληθῇ ὑπὸ τοῦ δημοσίου καὶ ὁ μέλλων νὰ κατέλθῃ μηχανικὸς ἔχει ἀνάγκην χρημάτων, νὰ προκαταβληθῶσιν εἰς αὐτὸν ἐκ τοῦ δημοσίου δύο χιλιάδες δουκάτα ὑπὸ μορφὴν δανείου, τὰ ὅποια νὰ ἐπιστραφῶσι τὸ ταχύτερον. 1371, Ἀπριλίου 14.

F^o 101^{to} Millesimo trecentesimo LXXI, die XIII Aprilis.

- Capta in rogatis et addicione. Quia pridie captum fuit quod ducha, consiliarij et capitaneus Crete pro reformatione portus Candide, qui in periculoso statu manet faciant fieri laboreria et experientias in facto cauandi quam aliter, sicut
- 5 dicto collegio uel maiori parti utilius apparebit. Et quod salarium inzignerij qui dehinc mittatur in Cretam pro facto predicto et expense fiende ista de causa soluantur per illum modum, qui uidebitur domino, consiliarijs, capitibus et sapientibus Crete uel maiori parti, dummodo non soluantur per nostrum commune etc. Et expediat dehinc fieri aliqua laboreria illuc mittenda occasione predicta et
- 10 eciam oporteat quod dicto inzignerio prouideatur de aliqua quantitate pecunie; uadit pars quod non obstante parte predicta debeant mutuari pro facto predicto, tam utili ymo necessario ducati duo milla de pecunia nostri communis, que accipiat cum ordinibus terre, et omnino restituatur communi nostro, quam cicius